Landesbibliothek Oldenburg

Digitalisierung von Drucken

Dissertatio Inavgvralis Medica De Stvpro Violento Et Cavsis, Cvr Hoc Svb Certis Modo Conditionibvs Fieri, Graviditas Vero Nvnqvam Exinde Oriri Possit

Fürbringer, Johann Gottfried Carl

Ienae, [1798?]

VD18 12167878

Widmung

urn:nbn:de:gbv:45:1-8884

Visual Library

VIRO

ILLVSTRI EXCELLENTISSIMO

ATQVE EXPERIENTISSIMO

IOANNI CHRISTIANO STARK

HAEREDITARIO IN LEIDENTHAL ET SACHSENHAVSEN,

VTRIVSQVE MEDICINAE AC PHILOSOPHIAE DOCTORI, SERENISSIMI DVCIS SAXO - VINARIENSIS CONSILIARIO AVLICO ET ARCHIATRO ACTVALI, MEDICINAE PROFESSORI PVBLICO ORDINARIO IN ACADEMIA IENENSI, INSTITVTI CLINICI DVCALIS DIRECTORI MERITSSIMO, SOCIETATIS LONDINENSIS ET PLVRIVM ALIARVM SODALI HONORARIO REL.

FAVTORI PATRONO AC PRAECEPTORI SVO
OMNI PIETATIS CVLTV AD CINERES VSQVE
PROSEQVENDO

Landesbibliothek Oldenburg

H
illato
meum
missa,
tatem
A
id scili
meo im
mersis
teriac h
extendis
eleganti

Landesbibliothek Oldenburg

NEC NON

VIRO

PRAENOBILISSIMO CONSVLTISSIMO

AC DOCTISSIMO

IOAN. THEOPH. FÜRBRINGER

IVRIS VTRIVSQVE DOCTORI ET REGIMINIS A RVTHENORVM COMITIBVS, A STIRPE IVNIORI IMPERANTIBVS, GERAE CONSTITVTI PATRONO CAVSARVM ORDINARIO

PATRI OPTIMO AC DILECTISSIMO

Landesbibliothek Oldenburg

HAS STVDIORVM PRIMITIAS

PIETATIS

GRATISSIMIQVE ANIMI TESTES

SACRAS ESSE VOLVIT

AVCTOR

IOAN. GODOFREDVS CAROLVS FV̈RBRINGER.

Landesbibliothek Oldenburg

PROOEMIUM.

Jamjam vetuſtiſſimis temporibus legislatoribus et judicibus varia medicorum decreta et dogmata ad lites quasdam bene dijudicandas et decidendas ſcitu neceſſaria fuiſſe viſa, probant varii loci in legibus Moſaicis *) de ſignis virginitatis et leprae ut morbi diſſimulati, et in Juſtiniani Inſtitutionibus de tempore partus recte definiendo ad ejus ſuppoſitionem praecavendam, aliique, potiſſimum vero demum Conſtitutione criminali Carolina anno 1532 promulgata decretum eſt, ut de vulnerum lethalitate, aborticidio, infanticidio, homicidio, graviditate celata etc. ad cauſas magis in luce collocandas, rectius dijudicandas et legitime decidendas, medicorum ſententiae in conſilium et auxilium ſint vocandae. Hinc campus medicinae novum accepit incrementum, hinc Medicina forenſis ſuam duxit originem, quae judici ſcitu neceſſarias rerum medicarum et phyſicarum ſuppeditat explicationes et ad juſtitiam in rebus controverſis accurate adminiſtrandam praebet principia. Utilitas Medicinae forenſis eo evidentius elucet, quo plures et frequentiores occurrunt caſus, in quibus ſententiam dicere eſt medicorum, et hinc factum eſt, ut haec ſcientia inde ab ejus origine a gravibus ſcriptoribus in ſyſtema redacta, in ſingulis partibus illuſtrata, et obſervationibus ſit locupletata. *Zacchias*, *Loew*, *de Haller*, *Brendel*, *Kannegieſser*, *Ludwig*, *Plenk*, *Schwabe*, *Müller*, *Sikora*,

*) Vid. Michaelis *Moſaiſches Recht.* II. Tom. p. 92. 138.

Landesbibliothek Oldenburg